



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Schildi[i] De Caucis

Schild, Johannes

Lvgd. Batav., 1649

Cap. XII. Elogium Caucorum, è Tacito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13007

ci, immensa terrarum spatia majestate nominis, atque dignatione, sunt amplexi, quibus tamen ipsi neutquam immissi leguntur, aut infusi. Certè non fuisse penitus absorptum à Saxone Caucum, Zosimo credamus atque Clandiano, quos antegressi libri cap. vi. produximus, & hujus cap. vii. In recessu terræ finūque, quem, Oceanum subituri, Albis atque Visurgis efficiunt, saxorum visuntur ingentium moles, mortali, quod intuenti patet, opera conatūque substructæ: quæ nunc quoque MONUMENTA CAUCORVM, SAXONVMQVE, ducis autoritate famæ dicuntur. Annis deinde volventibus, æmulata Saxonæ claritudinem, se quoque cœpit extende-re Frisia, nec in Batavi modò, sed in Dithmarisi, sed in utriusque Cauci, amplitudine nominis, evagari ditiones. Unde multa nunc Chau-cis Minor, Orientalis audire Frisia consuevit: & in Majore paroceanus modò Frisiæ, modò Saxonis amat appellatione superbire.

C A P. XII.

Elogium Caucorum, è Tacito.

SI cogitationes nostras consulamus, & vota conveniamus, improbum fuerit elogium sperare magnificentius eo, quo Trajani temporibus, aut admoti jam, aut admovendi sum-mæ

mæ rerum, Caucum florentissimus extulit au-
torum. Caucum, qui natus est hoc magnitu-
dini suæ posteris tradendæ par ingenium: quod
communia magnis minutisque scriptoribus vi-
tia triumphat, incuriosam exteræ memoriam
virtutis, & invidiam. Ejus quidem admirati-
onē peculiaria dicare capita destinabamus.
Sed eat potius absque nostrorum humili co-
mitatu verborum. In libello de Germania:
CHAVCORVM GENS, QVANQVAM INCIPiat A FRI-
SIIS AC PARTEM LITTORIS OCCVPET, OMNIVM
QVAS EXPOSVI GENTIVM OBTENDITVR, DONEC IN
CATTOS VSQVE SINVETVR. TAM IMMENSVM TER-
RARVM SPATIVM NON TENENT TANTVM CHAV-
CI, SED ET IMPLENT. POPVLVS INTER GERMANOS
NOBILISSIMVS, QVIQVE MAGNITUDINEM SVAM
MALIT IVSTITIA TVERI. SINE CVPIDITATE, SINE
IMPOTENTIA, QVIETI SECRETIQE, NVLLA PRO-
VOCANT BELLA, NVLLIS RAPTIBVS AVT LATROCI-
NIIS POPVLANTVR. IDQVE PRÆCIPVM VIRTUTIS
AC VIRIVM ARGUMENTVM EST, QVOD UT SVPE-
RIORES AGANT, NON PER INIVRIAS ASSEQVN-
TVR. PROMTA TAMEN OMNIBVS ARMA, AC SI RES
POSCAT EXERCITVS. PLVRIMVM VIRORVM EQVO-
RVMQE, ET QVIESCENTIBVS EADEM FAMA.

Lateri

F I N I S.

CORRIGENDA.

Pag. 6. lin. 17. lege, Francofueviam. 16. 21. hos. 27. 1. vinorum. 43. 1.
allegandum. 24. τόπων. 66. 18. & nihil ausos. 71. 4. atqui. 78. 4.
cavilicagi. 79. 7. dele, cognitæ. 89. 22. vitaturus. 94. 17. ac sortem.
100. 18. momentum. 111. 26. dele notam interrogandi. 112. 7. appel-
labat. 116. 12. domina. 127. 12. gentiles. 132. 23. reverentia. 135. 25.
deprehenduntur. 139. 2. admirationi. 142. 26. uterentur. 160. 2. LVI.
168. 22. opperiundas. 170. 11. velitationibus. 15. foret. Ipso. 182. 25.
naturæ. 187. 3. De quo Dio. 190. 7. Transfrhenani.